PROGRAMM

des

GROSSHERZOGLICHEN GYMNASIU

ZU OLDENBURG

zum

Oster-Examen 1876.

Inhalt: 1. Abhandlung des Gymnasiallehrers Dr. Philipp Both: De Antip Rhamnusii tetralogiis.
2. Schulnachrichten. Vom Director Dr. Stein.

Oldenburg.
Druck von Gerhard Stalling.
1876.

1876. Progr. Nr. 527.

De duodecim oratiunculis quae sub tetralogiarum nomine Antipho oratori tribuuntur.

Sexaginta orationum quas ab Antiphonte scriptas esse Plutarchus auctor est decem oratt. p. 833 ed. Reisk), jam Caecilius Calactinus rhetor viginti quinque ab eo casse dicitur; eas autem quae sub Antiphontis nomine ad nos pervenerunt omnes ei tril esse nonnulli viri doctissimi negaverunt. Iam enim Jonsius vir doctissimus saeculo decimo omnes „scholasticas atque fictas esse declamationes" contendit argumentis vi quibus quae sentiret probarentur, Ruhnkenius contra, cujus sententiae Maetznerus Antiphontis eas esse demonstrare studuit; Maetznerus ipse, etsi omnes, ut commemor genuinas esse habendas censet, tamen concedit primam quae nostris editionibus pr orationem ab imitatore quodam scriptam videri, quem Antiphontis vestigia ita pers esse statuat, ut ipsa similitudo quae intercedat inter discipuli et magistri orationes ad recentiores homines in eam opinionem, ut eidem oratori et hanc et reliquas tril orationes (cf. praefat. pag. IV Maetzneri Antiph. oratt. edit.), sed Schoemannus e primam et tetralogias quae vocantur ab Antiphonte adjudicavit (annal. Berol. 18 p. 482). Itaque cum viri docti alterutri sententiae assentirentur, factum est ut us nostra tempora et de prima et de duodecim quae primam sequuntur orationibus sub lis sit. Nam de quinta et sexta quae in editionibus numerantur vix dubitatio esse primam autem Antiphontis esse postquam longe plurimi viri docti sibi persuaserint, S lius vir eruditissimus, quippe qui hujus oratoris scriptis magnam operam navaverit, etsi spuriam eam esse existimavit (cf. ejus συναγωγ. τεχνῶν p. 118), recentioribus temporibus phonti esse tribuendam pro certo habuit (cf. Mus. Rhen. nov. ser. vol. XVII. 1862. p propterea quod summam inter eam et quintam sextamque quod ad dictionem attinet tudinem intercedere constaret. Sed hac in re Pahlium nostrum virum doctissimun optime judicasse, cum diceret (die Reden des Antiphon. Jever 1860), eum qui prima tionem scripsisset, et ingenio et artis rhetoricae peritia multo minorem videri fuisse duodecim illarum orationum, quae nobis tetralogiarum nomine traditae sunt. Quare horum virorum de hac re disceptatione id apparere videtur, cum tetralogias injuria phonti tribui nobis persuaserimus, primam prorsus non Antiphonteam esse habendam tamen res ex mea sententia non tam male se habet ut cogamur ei sententiae acceder eas fictas et scholasticas declamationes esse contenditur. De prima enim oratione quaestionem optime tractavit Adolphus Hoppe, qui dissertatione inaugurali quae quam de Antiphonte scripsit (Antiphonteorum specimen. Halae Sax. 1873), omnib quae adversarii protulerunt rejectis eodem jure quo quintam et sextam Antiphonti candam esse demonstravit. De tetralogiis autem res etiam in dubio est. Quare hoc op causas examinantes, quibus commoti viri docti has XII orationes spurias habend censuerint, nonnulla proferamus, quibus demonstrari existimamus non satis esse quae

ınt argumenta ad probandam eorum sententiam; quae si protulerimus, nonnulla de genere icendi addamus. Statim igitur ad rem accedamus.

In primis respiciendum est, Antiphontem, quamquam principem omnium oratorum ıtticorum eum fuisse veteres tradiderunt, numquam publice neque in concione neque coram ıdicibus orationem habuisse; semel autem causam eum dixisse constat, cum se ipse defendit. Qua de re certiores nos fecit Thucydides, qui eo familiariter usus esse videtur, libri octavi apite 68, quo loco Antiphon dicitur fuisse *ἀνὴρ Ἀθηναίων τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀρετῇ τ' οὐδενὸς εύτερος καὶ κράτιστος ἐνθυμηθῆναι γενόμενος καὶ ἃ γνοίη εἰπεῖν, καὶ ἐς μὲν δῆμον οὐ παριὼν οὐδ' ς ἄλλον ἀγῶνα ἑκούσιος οὐδένα ἀλλ' ὑπόπτως τῷ πλήθει διὰ δόξαν δεινότητος διακείμενος, τοὺς μέντοι γωνιζομένους καὶ ἐν δικαστηρίῳ καὶ ἐν δήμῳ πλεῖστα εἷς ἀνήρ, ὅστις ξυμβουλεύσαιτό τι δυνάμενος φελεῖν. καὶ αὐτὸς δὲ, ἐπειδὴ τὰ τῶν τετρακοσίων ἐν ὑστέρῳ μεταπεσόντα ὑπὸ τοῦ δήμου ἐκακοῦτο, ριστα φαίνεται τῶν μέχρι ἐμοῦ ὑπὲρ αὐτῶν τούτων, αἰτιαθεὶς ὡς ξυγκατέστησε, θανάτου δίκην ἀπολογησάμενος.* Locum adposui, quia infra nonnulla ex eo explicari et intellegi possunt. Earum gitur orationum, quae ad nos pervenerunt, ne unam quidem ipse habuit, cum illa ipsa, qua oram populo se defendebat, et quam Harpocration saepe nomine *ἐν τῷ περὶ μεταστάσεως* scripsit, perdita sit, ita ut pauca verba, quibus Antiphon in ea dicitur usus esse, in rhetoum scriptis servata sint. Antiphon igitur primus eorum habendus est, qui pro aliis in usum orensem orationes conciperent. Nam cum Athenis esset lex, ut qui causam haberet, ipse oram judicibus rem suam diceret, a multis expetebantur qui eis orationibus quibus rei terentur concipiendis operam suam navarent. In numero autem horum logographorum qui ocabantur Antiphontem fuisse apparet ea quoque ex re, quod a Platone comico illudebatur uia pro orationibus in aliorum usum conscriptis pecuniam accepisset (cf. Phot. cod. 259). taque illas quoque, quae ad nos pervenerunt, in talem usum scripsit.

In quinta autem et sexta oratione loci communes qui dicuntur, reperiuntur, qui muıtis eis quae mutanda erant prorsus inter se congruunt (cf. V, 14. VI, 2. — congruunt uoque V, 84 et VI, 24. V, 38 et VI, 27). Qua ex re concludi posse nemo est qui neget, ıntiphontem ipsum tales locos sibi conscripsisse, quibus ad singulas orationes concipiendas teretur et quos rerum veritati et naturae, temporibus, locis, hominum moribus accommodaret. Ieque minus verisimile est talia eum scripsisse, ut in causis tractandis se exerceret, vel, si uidem recte se habere putemus quod nonnulli viri docti opinantur, ut eis in erudiendis iscipulis uteretur. Quamquam ea de re dubitari potest, num verum sit, quod veteres traiderunt, eum *τέχνην* quae vocatur scripsisse, cui locos communes et tetralogias eum inseruisse pengelius conjecit (cf. ejus *συναγωγὴ τεχνῶν* 1828 p. 119. 120). Si vero concedimus, id quod x eis quae diximus optime jure fieri posse vidimus, hunc oratorem sibi talia collegisse, uibus ad certas causas tractandas uteretur, nonne eodem jure conjicere licet has duodecim ratiunculas eadem ratione et in eundum usum ab eo conceptas esse ita tamen, ut magis tiam artis rhetoricae exercendae quam publici usus causa eas conscriberet? Nam hoc minime ontenderim eas imitandas ab eo propositas esse, ne in offensionem eorum incurram, qui eas ix tirone dignas esse declamationes sibi persuaserint. Magis illud, si Antiphontem re vera d discipulorum usum eas scripsisse ponamus, puto dici posse tetralogiis accuratius et diluidius eum expositurum fuisse, quibus rationibus singulae causae coram judicibus tractari ossent, vel quid intuentes et prementes et rei et accusatores partes suas optime agerent, el quid et secundum rei et secundum accusatoris causam disputandum esset, ut judicum nimi conciliarentur. Nam in rhetorum disciplina in primis hoc premendum et agendum erat, t discipuli discerent rem in contrarias partes agere et confestim in adversarii verbis ea obervare quae debiliora essent et ad ejus qui contra eum dicebat ipsius commodum possent

adhiberi. Itaque si recte se habent, quae de hac re disputavimus, nulla causa est mus Antiphontem tales orationes non potuisse scribere. Sed ut totam hanc de ejus rhetorica quaestionem in dubio relinquamus, etiamsi certis argumentis probari non quod ii viri docti premere videntur, qui tetralogias Antiphontis non esse existima oratorem artem suam nondum ratione cognitam habuisse neque disciplinae rhetorica fuisse, id est, ut Graeca voce utar, θεωρητικὸν eum fuisse (cf. velut Pahlii viri d verba: „es ist zweifelhaft, ob Antiphon in der weise theoretiker gewesen sei, w tetralogien voraussetzen.“ Die reden des Antiphon. Jever 1860), ex ea re quod in usum orationes composuisse traditur, videtur sequi, ipsum ad hunc usum eum con quae ad singulas causas variis et diversis rationibus adhiberet et quibus ad arte exerceretur. Itaque ne in hac quidem re potest esse causa, cur tetralogias spu habendas censeamus. Omnino enim cum ii qui studium suum omne ad orationes conscribendas conferebant, auctoritate esse aliqua studerent, rebus forensibus tanto buerentur necesse erat, ut in una eademque causa et rei et accusatoris partes exci dubitarent. Atque hoc loco illud praecipue animadvertendum est, quod supra loc dideo de Antiphontis eloquentia et arte rhetorica didicimus. Quid enim id sibi v Thucydides dicit fuisse eum κράτιστον ἐνθυμηθῆναι γενόμενον καὶ ἃ γνοίη εἰπεῖν? Quaen illa δόξα τῆς δεινότητος, propter quam in populi suspicionem venisse et eum timore dicitur? Nam etsi orationes quinta et sexta praeclarum eloquentiae Atticorum exemplum praestant, tamen res nude et simpliciter tractatur, sed, in qua re maxime illa oratoris vis et δεινότης posita videtur esse, inventio et cogitatio, quae occulta s quaerendo investigare studet, minus eadem qua in tetralogiis ratione respicienda erat vero haec inventio et cogitatio in tetralogiis observatur, in quibus cum causas ficta sibi proposuisset, exsultare poterat ingenium ad argumenta et res inveniendas acu Plut. vit. X oratt. ἔστι δ' ἐν τοῖς λόγοις ἀκριβὴς καὶ πιθανὸς καὶ δεινὸς περὶ τὴν εὕρεσιν κα ἀπόροις τεχνικὸς καὶ ἐπιχειρῶν ἐξ ἀδήλου κτλ. quae verba Caecilio Calactino ascribuntu licet Antiphon artis suae ratione et doctrina non plane imbutus fuerit, id quod vix, erant tempora, probari potest, hoc nihil momenti est ad hanc de tetralogiis quaestio judicandam. Nam ad eas componendas minus ratione doctrinaque rhetoricae artis q genio et usu forensi opus erat, quibus virtutibus eum praestitisse apparet ex loco Thu ubi leguntur verba: τοὺς ἀγωνιζομένους καὶ ἐν δικαστηρίῳ καὶ ἐν δήμῳ πλεῖστα εἷς ἀνήρ, ὅ βουλεύσαιτό τι δυνάμενος ὠφελεῖν. Illis autem quibus Antiphon vixit temporibus jam r eloquentiae et doctrinam tractari ea ex re potest intellegi, quod magna tum ut sophistae auctoritate. Thucydides vero et ipse nobis exemplo est, quantopere illis t bus ejusmodi studia viguerint; maximam autem inter eum et Antiphontem intercede tudinem inter omnes constat, etiamsi fabula illa qua Antiphontem Thucydidis ma fuisse contenditur prorsus nobis rejicienda sit.

Alterum quod in dijudicanda hac quaestione magni momenti est, in eo posi quod in tetralogiis argumenta quae ἐξ εἰκότων ut Graecis verbis utar deducuntur, ab in primis adhibita sunt. Qua in re tractanda illud praeclare mihi videtur dictum ess C. L. Kayserus in universum de tetralogiis breviter protulit. Dicit enim is vir doc in Musei Rhenani novae seriei volumine duodecimo (ann. 1857) pag. 224: Die dre logieen, welche uns des alten redners eigenthuemliche methode und ausdrucksweise v noch deutlicher erkennen lassen als die reden ueber Herodes' mord und ueber den ch scheinen ein bestandtheil seiner τέχνη gewesen zu sein, und hatten vorzugsweise die mung, die behandlung der beweise ἐξ εἰκότων zu lehren. Da die εἰκότα das wahre

ennen, aber nicht muessen, so sind beide parteien darauf angewiesen, die wahrscheinlich-it ihrer argumente nach kraeften darzuthun und in dem richter die ueberzeugung zu er-gen, dass ihr εἰκὸς einen hoeheren grad von glaublichkeit anspreche als das der gegner; erin liegt eigentlich das χρείττω ἧττω ποιεῖν, indem die replik zeigt, wie gerade das gegen-eil von dem statthabe, was der vorgaenger behauptet hat. Alle schaerfe des geistes wird fgeboten, um in den saetzen, die eben noch im sichern gefuehl der wahrheit vorgebracht urden, das irrige zu entdecken und ihre unzulaenglichkeit zu enthuellen. Ohne zweifel war er den lehrling der rhetorik dies eine treffliche uebung, um sich zu befaehigen, in den gentlichen bestand jeder controverse einzudringen und ihre starken wie schwachen seiten ar zu erfassen und es schadete nichts, wenn das progymnasma mitunter in der spitzfindig-it zu weit gieng, wie z. b. Γ δ 3 der urheber des mords von sich selbst unterschieden ird in den worten: ὁ ἄρξας τῆς πληγῆς φονεὺς γίγνεται· οὗτος γὰρ ἠνάγκασε τόν τε ἀμυνόμενον τιτύπτειν τόν τε πληγέντα ἐπὶ τὸν ἰατρὸν ἐλθεῖν; desgleichen ist Γ δ 10 ὁ ἀποκτείνας und ὁ ἀνο-ως διαφθαρείς eine und dieselbe person, von denen der sprecher nur verschiedenes behauptet." t id omittamus quod Kayserus conjecit Antiphontem tetralogias suo de arte rhetorica libro seruisse, de qua re vix certi quid constitui potest, vix erit qui ea quae de illis ἐξ εἰκότων gumentis ab eo disputata sunt probare dubitaverit. Eis enim temporibus quibus Antiphon it sophistarum studia, ut supra jam commemoravimus, viguerunt; neque etiam potest ne-ri eum ipsum argutiis et subtilitatibus artis eorum imbutum fuisse, id quod ex multis vesti-is intellegi potest. Quod ut explicarent fuerunt etiam qui Sophilum patrem ejus et ipsum phistam fuisse contenderent; cujus disciplina cum filius uteretur, non mirum esse, quod in ationibus argutiae observarentur; sed haec sententia minime potest probari temporum tione jam obstante quominus ei accedamus. Quod si respicimus argumenta ἐξ εἰκότων de-ucta praecipue in his duodecim oratiunculis usu venire, ita ut minus rerum factarum sicut re se habeant, quam eorum quae cum ex factis tum ex adversarii verbis concludi et pro-biliter exponi possint, ratio habeatur, vix alicujus momenti videtur esse, quod ab eis qui tralogias ab eo abjudicant exprobratur eum qui tetralogias conscripserit rerum factarum x mentionem fecisse, maxime autem ejus interesse ut, verbis in malam partem detortis ar-utiis certetur, id quod Antiphonte illo claro oratore indignum judicandum sit; Antiphontem im virum maximae constantiae fuisse et qui veritati studuerit, in tetralogiis solum studium xandi et altercandi observari; quare haud injuria spurias esse tetralogias viros doctos ju-care („es ist gezankt worden, lediglich damit gezankt werde"; et „waehrend Antiphon ch als einen mann von character, dem es um die wahrheit zu thun ist, . . . darstellt, stehen e tetralogieen auf dem standpunct der niedrigsten sophistik". p. 12. die reden d. A.). t in ea ipsa re differunt tetralogiae ab aliis orationibus, ut ars inveniendi et concludendi n minus quam volubilitas et vis detegendorum adversarii errorum exerceatur. Quantopere tem interfuerit ut ii qui coram judicibus rem suam defendebant, exornati omni ratione et rati essent ad loquendum, in sophistarum illorum temporum studiis ipsis cernitur, quae si rixantibus tali institutione et eruditione opus fuisset, nunquam tanti futura fuisse mo-enti existimare licet. Neque etiam orationes quinta et sexta in comparationem possunt cari, in quibus cum oratori res vere factae tractandae sint, praesertim cum coram judicibus bitae videantur esse, summa rerum gestarum premenda et respicienda erat. Attamen in s ipsis orationibus, quintam et sextam dico, argumenta ex facti vestigiis desumta orator otulit, quae res nobis testimonio est, quam peritus suae artis Antiphon fuerit. In tralogiis contra, quippe quae prorsus aliam rem sequantur atque orationes vere habitae, hil referebat utrum factum respiceret is qui verba faciebat annon. Verum in tetralogiis

causam non solum fictam esse, sed talia quae eis orator tractavit in hominum vita o hujus rei testimonium est illud quod Plutarchus in Periclis vita narravit; de qua r nerus mentionem fecit Plutarchus capite 36 haec habet: *πεντάθλου γάρ τινος ἀκοντ ξαντος Ἐπίτιμον τὸν Φαρσάλιον ἀκουσίως καὶ κτείναντος, ἡμέραν ὅλην ἀναλῶσαι μετὰ Πρωτα πoρoῦντα, πότερον τὸ ἀκόντιον ἢ τὸν βαλόντα ἢ τοὺς ἀγωνοθέτας κατὰ τὸν ὀρθότατον λόγον α τοῦ πάθους ἡγεῖσθαι.* Haec eadem causa altera tetralogia tractatur ita tamen ut *ἀγωνοθέτης* sed *παιδοτρίβης* in hac oratione occurrat.

Hac cum re cohaeret tertium de quo nunc disputandum nobis est. In libro viro doctissimo multis viris doctissimis eum juvantibus edito, qui inscribitur „Real paedie des klassischen alterthums" dicit is qui de Antiphonte disseruit, cum tetralog quinta et sexta oratione comparemus, facile demonstrari posse quod ad dicendi attineat, magnum discrimen inter eas esse; videtur etiam is vir doctus eorum sentent qui haud Antiphontis esse tetralogias putant. — Nemo sane negare potest inter tetral genus dicendi et quintae sextaeque orationis aliquid discriminis interesse, cujus rei aliam esse causam contenderim; sed de hoc postea; neque etiam tantum esse hoc d mihi persuasi, ut de alio scriptore cogitare cogamur. Paullo accuratius de genere infra in fine hujus commentationis disputare in animo est. Hoc loco in universum respicienda sunt. Discrimen illud non tanti esse aestimandum ea ex re intelligitur, quod nes V et VI ad causas certas publice tractandas scriptae videntur esse, tetralogiae e tioni servire. Nam in iis orationibus, quae ad usum publicum destinatae erant, orato sermo communis hominum et vulgaris sequendus erat, si quidem id quod sibi pro effici volebat. Tetralogiarum contra genus dicendi, quippe quae non certis et veri coram judicibus tractandis responderent, ad normam quotidiani dicendi usus referre non erat, ita ut oratori magis liceret eis uti quae in mentem ei veniebant. Qua re e est ut nonnulla planius et accuratius quam pro institutione ut ita dicam harum orati rum exspectemus descripta, alia paucissimis absoluta sint et saepe e conexu cont orationis id quod auctor sibi voluerit conjici debeat. Qua in ipsa re quod auctor tet rum nonnulla brevissime exposuit et eorum solum formam et speciem adumbravit, m discrimen inter orationes quintam sextamque et inter tetralogias positum est. Neque ei sententiae accedere possum, qua viri docti contendunt Antiphontem vel eum qu logias conceperit et Antiphonti subdiderit, inserendis factis studere res fictas pro ve ponere. Nam si re vera falsarium, ut verbo venia sit, has orationes scripsisse et Ant subdidisse ponamus, nonne alias res eum prolaturum fuisse putas, quibus magis effice vere habitas esse eas orationes crederemus? Nonne res vere ab Atheniensibus gest ferre potuisset, praesertim cum in oratione quinta de rebus illo saeculo Athenis gestis sit? (cf. V §§ 76—79, ubi de Mitylenaeorum ab Atheniensibus defectione anno 428 facta facta est; et V § 68, quo loco Ephialtem illum qui anno 460 legem de minuenda A potestate tulerat commemoravit.) — Sed ne vestigium quidem ejusmodi in tetralogiis reperiri Et quod vituperaverunt viri docti, aliquoties rerum factarum mentionem fieri, etsi sol menta *ἐξ εἰκότων* quae vocantur in universum tetralogiis proferre constet, non est qu remur, cum respicimus oratori omnium casuum habendam fuisse rationem ut ne una conditio negligatur. —

Sed aliud quoque vir ille doctus, qui de Antiphonte in Paulyi libro disputavi peravit; illa enim artificiositas enuntiatorum formandorum qua Antiphon usus est in logiis quoque observatur, sed nimis quaesita ei videtur esse quam ut ab Antipho scriptas esse putemus. Iterum hoc loco commemorandum est, sophistarum studia e

tiphontis temporibus Athenis magna apud omnes fuisse auctoritate; et eorum eruditione institutione Atticum illud acumen res dirimendi et inter se opponendi, de quo O. Muelle- in hist. litter. optime disseruit, magnopere videtur excultum esse. In ejusmodi autem putationibus, quibus argumenta ἐξ εἰκότων desumta praecipue premenda erant, diremtio et ionum et cogitationum et oppositio singulorum enuntiati membrorum in primis locum ›ebat, praesertim cum oratoris maxime interesset, ut quae ab adversario prolata erant ar- nenta eis opponeret quae ex sua ipsius argumentatione evaderent; itaque modo vera is opponebantur, modo singulis eis partibus, quas ex adversarii oratione is qui loquebatur umsit, ea respondebant, quae irrita redderent adversarii verba, talia. Atque illorum tempo- ı consuetudinem loquendi eam cogitationum diremtionem et oppositionem, ut ita dicere at, amasse, etiam magis perspicitur ex Thucydidis de bello Peloponnesiaco libris, in bus non solum oppositio singularum vocum sophistarum (velut Prodici, qui verbis syno- nis quae vocantur accurate definiendis maximam navasse operam dicitur) more dicendi ta animadverti potest, sed etiam singularum enuntiatorum partium, cum auctor modo res civitatum comparet, modo fortunam et opes populorum, qui bellum gerant, consideret, do socios eorum enumeret et opponat, alia. — Qua in re Thucydidem non minus quam tiphontem temporum consuetudini cedentem interdum molesta elegantia et affectatione ım esse jam veteres reprehenderunt, quamquam plerumque ejus dicendi mos et usus ad ım atque par erat normam referebatur, idque maxime a rhetoribus posteriorum temporum, ut a Dionysio Halicarnassensi, qui ex ratione rhetorica ejus libros tractavit. Antiphontis em is dixerat non magnum fuisse ingenium.

Itaque quod in tetralogiis forma illa symmetrica, ut ita dicam, compositionis, quam ιν ἀντικειμένην appellare solemus et in qua praecipue Atticum acumen notionum dirimenda- n perspicitur, magis quam in orationibus quinta et sexta usurpata est, ita ut hac in re tor modum videatur excessisse, ex hoc judicare possumus quantopere talis dicendi ratio ticorum ingenio responderit. Et cum illis quibus Antiphon vigebat temporibus sophista- n studia nova essent, non mirum nos habet, quod orator iis magis in eis orationibus, ıs exercendi causa scripsit quam in eis quae usui publico serviebant usus sit. Neque ım vertendum ei est crimini, quod nimis hic sibi indulserit. Postea sane hoc dicendi ıus, λέξιν ἀντικειμένην dico, spretum est non minus quam Gorgiana loquendi ratio, quae ut io apud omnes in magna admiratione ita aetate quae secuta est ludibrio et risui erat. l hoc mittamus.

Restat ut respiciamus, quonam tempore Antiphontis quae ad nostram aetatem per- ıerunt orationes videantur compositae esse; cujus rei ratione habita causam puto reperiri, quod ad dicendi usum attinet inter orationes quintam et sextam et inter tetralogias crimen intercedat. De tempore quo quintam et sextam habitas esse conjectura potest ligi optime Pahlius vir doctissimus collega noster, cujus de explicandis interpretandisque tiphontis orationibus magna sunt merita, opusculo de quo jam aliquoties mentionem feci- s, disputavit (p. 2 et p. 8). Quintam enim orationem post annum 428 habitam esse ea ex apparet, quod ut jam supra vidimus §§ 76—79 de Mitylenaeorum defectione, quae quidem anno facta est, sermo infertur; orationem sextam circa annum 412 ponendam esse Pahlius ;aciter excogitavit nixus eis quae Sauppius de oratione κατὰ Φιλίνου, quae in Antiphontea- n orationum indice numeratur, disputavit. Quae si recte se habere ponimus, sequitur mum ut, cum haec ad Antiphontis aetatem referimus, quem circa annum 480 (olymp. 75, 1) um esse veteres tradiderunt, in ejus senectute orationes quinta et sexta compositae sint, nde ut temporum ratione respecta inter eas ipsas spatium aliquod intercedere verisimilli-

mum sit. Nam sextam orationem non eidem aetati esse tribuendam ea ex re inte
quod etiam nonnulla, quae in quinta oratione oratoris propria inveniuntur, aut rariu
pata aut prorsus evitata sunt; de qua re infra videamus. Hoc autem constat, Antip
ex eo tempore quo quintam, et eo quo sextam orationem concepit, in fastigio eloq
fuisse. Neque igitur mirandum est in eis orationibus, quas ejus aetati jam provectae
mus necesse est, magis illam, quam veteres in eo laudaverunt gravitatem et animi aeq
cerni quam in eis quae in juventute conceptae videntur; neque omittendum est, de
Blassius in libro quem scripsit de Atticorum eloquentia monuit, orationem sextam
quam reliquas ad communem dicendi usum Atticorum appropinquare et multa jam p
quae apud eos qui secuti sunt oratores reperiuntur. Nemo autem negaverit eas orati
quas tetralogiarum nomine complectimur superiori aetati oratoris esse tribuendas, si
exercendi causa ab eo scriptas esse accipimus sive ut in erudiendis discipulis eis u
Quod si recte se habet, nihil obstare videtur, quominus eas Antiphonteas esse conten
Nam si vere, id quod mihi persuasi, recte se habere, tetralogias ejus juventuti vel ei t
quo nondum ad summam eloquentiam pervenerat tribuendas esse censemus, discrimen
quod inter V et VI orationem et inter tetralogias esse videmus vix difficultatis quid
videtur, si quidem inter juvenem et senem discrimen esse concedimus, quamquam a
docti non tantum esse hoc discrimen contendunt, ut spurias esse tetralogias existimare
mur (cf. exempl. gratia Spengelii verba in Musei Rh. volum. XVII p. 170). Sed de
postea. — Aliter scribere aliquem constat juvenem, aliter senem, aliter eum qui in exc
arte se exercet, aliter eum qui ad summum artis fastigium pervenit; atque id unusq
concedat necesse est, vix dubium esse, quin Antiphon, quippe cui Thucydides su
laudem eloquentiae tribuat, in dies artem suam accuratius didicerit, ita ut in orati
ipsis perspicitur, quomodo in arte sua paullatim progressus sit. Hac igitur ratione e
gravis et austera, quae praecipue in tetralogiis cernitur, offensione caret neque minus
illae poëticae, quae crimini ei versa sunt, secundis auribus accipi possunt; in qua
Thucydide eum valde superari ipse ostendi in dissertatione mea inaugurali quae d
quam de Thucydidis et Antiphontis genere dicendi scripsi (Marburgi Cattorum 1875).
eis quoque hoc modo satisfecisse mihi videor, qui tetralogias declamationes „infirmas
tirone dignas" esse habent. Nam is qui rudimentis artis alicujus imbutus est, nondum
elegantia et praestantia utitur quam qui per totam vitam discendae ejus rationi e
operam navavit.

Sed ne hoc omittamus, duae tantum orationes ex mea quidem sententia vix
facere videntur ex quibus de aliis judicium fiat utrum spuriae sint habendae necne, p
tim cum et ex tanto numero orationum quas Antiphon scripsisse perhibetur pauci ad n
aetatem pervenerunt et de sexta oratione ipsa dubitatio existat utrum Antiphontis sit
Rhetorum autem et criticorum, ut ita dicam, judicium in hac quaestione vix alicujus m
potest esse, cum constet orationum Antiphontearum propter praeclaros eos qui eum
sunt oratores qui omnium in se verterunt animos rationem non esse habitam; qua re f
est, ut fere omnes perirent; et ne eae quidem quae ad nos pervenerunt integrae hal
sunt, cujus rei testimonium in eo positum est, quod orationis VI epilogus desidera
tertiae tetralogiae epilogus prorsus non cum ea congruere videtur; sed de hac quaestio
tempore disputandum erit. Cf. Spengelii de hac re verba Mus. Rhen. novae seriei v
ann. 1862. pag. 170—71. — Atque ut hoc attingamus, eum qui tetralogias scripserit
forensium Atticarum peritissimum fuisse apparet ex tota tetralogiarum natura et instit
quippe quibus multa discimus quae ad causas publicas pertinent. Itaque si licet eis

iti, quae Pahlius de oratione quinta dixit: die sichersten anzeichen, dass der verfasser dieser rede mit den tagesereignissen seit den Perserkriegen wohl bekannt sein musste — was wir von einem faelscher nicht annehmen koennen, was dagegen sehr gut grade auf Antiphon passt" — eodem jure licet dicere peritiam rerum forensium qua scriptor tetralogiarum insignis exsistit optime cum eis congruere quae nobis de Antiphontis ingenio et opera forensi tradita sunt ita ut hoc quoque videatur testimonio esse haud jure eas ab Antiphonte abjudicari. Quae res etiam augetur, quod in tetralogia altera de lege quadam cogitandum videtur esse quae illis temporibus quibus Antiphon erat vigebat, Demosthenis temporibus jam dudum abolita erat. Antiquissimis enim temporibus ii exilio multabantur qui in palaestra casu quodam inviti alium interfecerant, quae lex etiam Antiphontis aetate valebat. Postea autem commutatam eam esse Demosthenes testatur, qui p. 637 legis cujusdam verba haecce affert: ἐάν τις ἀποκτείνῃ ἐν ἄθλοις ἄκων . . . μὴ φεύγειν κτείναντα. Falsarium qui postero tempore vixerit errorem hoc loco vix evitaturum fuisse puto Atque si sumimus Antiphontem juvenem has oratiunculas composuisse, etiam magis ingenium ejus et acumen quod in excogitandis rebus et eis tractandis praestitit admiratione nos afficit. Ex omnibus igitur quae hucusque disputavimus apparere videtur has oratiunculas Antiphontis habendas esse.

Restat igitur ut de ipso loquendi usu disseramus, quo facto non tantum esse discrimen videbimus quod inter orationes singulas est, ut de hac quaestione certi quid possit ex dicendi usu constitui.

Ut primum agamus quaenam ratio inter sextam et quintam orationem sit, nonnulla notanda sunt in quibus earum discrimen cerni potest. Proprium esse constat et Antiphontis et Thucydidis pro ττ consonantium quae vocantur litterarum conjunctione eos illam antiquioris Atticorum sermonis in σσ formatam usurpare. Thucydides sane in antiquiore sermone et eo graviore adhibendo constantior fuisse videtur; nam ubique non solum formis in σσ comparatis usus est, sed alia etiam antiqui sermonis vestigia cernuntur; sed apud Antiphontem utraque forma animadvertitur ita tamen ut in reliquis orationibus una sexta excepta ubique litteris σσ, in sexta forma in ττ comparata, quae recentioris Atticismi et vulgaris hominum dicendi usus propria erat, usus sit; quod et ipsum testimonio est Antiphontem sexta oratione jam magis ad communem dicendi consuetudinem appropinquasse. Cf. VI, 14: ἄττα. — 20. πράττουσι. — 39. διήλλαττον. — 45. πράττων. In reliquis orationibus saepius formae in σσ comparatae formis in ττ intermixtae sunt, sed fere omnibus ejusmodi locis errore librariorum videtur forma in ττ scripta esse. V, 91 legitur ἔλαττον, quam lectionem quamquam codicum auctoritate satis videtur firmata esse, Blassius in ἔλασσον mutavit. Cf. ejus verba praefat. pagg. VII et VIII. — Aliud vestigium quo adducimur ut orationem VI re vera omnium recentissimam esse existimemus est, quod aliquantum a ceterarum vetusto colore abhorreat. Velut enuntiata in sexta oratione non verbis τοῦτο μὲν . . . τοῦτο δὲ opposuit, quae verba in quinta oratione tam saepe usurpavit ut fere taedio afficiamur. Miror quod Spengelius ex oratione VI locum annotavit quo τοῦτο δὲ non respondente ei τοῦτο μὲν in membro quod antecedit scriptum esset. Saepius in oratione quinta τοῦτο δὲ non antecedente τοῦτο μὲν scriptum est; sed eo loco quem Spengelius notavit — est in § 41 — prorsus alia ratio est. Legitur eo loco: καὶ πρῶτον [μὲν, id quod addidit Dobreeus, in codicibus non exstat] ἃ τοῦ βασιλέως κατηγοροῦσι καὶ διὰ τὴν ἐμὴν σπουδὴν οὔ φασιν ἐθέλειν αὐτὸν ἀνογράφεσθαι τὴν δίκην, τοῦτο δὲ κατ' αὐτῶν τούτων ἔσται τεκμήριον ὅτι οὐκ ἀληθῆ λέγουσιν. Primo enim obtutu videmus verbis τοῦτο δὲ apodosin quae dicitur incipere; δὲ particula in apodosi posita mirum nos non habet, nam interdum hoc modo usurpata est. Quodsi respicimus in tetralogiis eam enuntiati membrorum oppositionem τοῦτο μὲν . . . τοῦτο δὲ verbis factam prorsus non inveniri, num putas hoc

testimonium esse quo de alio auctore cogitare cogamur? Nam sunt qui monuerin gravem dicendi consuetudinem et eam inelegantem in tetralogiis deesse. At non his modo usus est in oratione V ut membra enuntiatorum sibi opponeret, sed etiam alii nominibus vel adverbiis velut *τοτὲ μὲν .... τοτὲ δὲ — ὃν μὲν . . . ὃν δὲ*, al. Quare non est quod *τοῦτο μὲν — τοῦτο δὲ* in tetralogiis non exstat; interdum autem Antiphon *εἰκότως μὲν . . . εἰκότως δὲ* vel *ὄντως δὲ* membra enuntiati incipit, quod ad totam tetralo; quibus argumenta *ἐξ εἰκότων* desumta tractavit naturam optime quadrare videtur; cf. I II β 10. II γ 8; saepius singulas voces quae magni momenti sunt particulis *μὲν . . . δὲ* ap opponit velut: *ἀκούσιον μὲν . . . ἑκουσίως δὲ* II γ 1. *ἑκόντα μὲν . . . ἄκοντα δὲ* III α 1. ἐ *μὲν . . . πλείους δὲ* II γ 11. *ἡ μὲν πιστότερον ἢ ἀληθέστερον . . . ἡ δὲ ἀδολώτερον* : . . III β *μὲν καθαρὸν . . . τὸν δὲ μιαρὸν* IV δ 11 alia; in universum enim magna varietate quod a attinet usus est. — Sed ut ad sextam orationem spectandam redeamus, etiam ea re a ceteris omnibus, quod figuris adhibitis et quaestionibus et iis quidem quibus se ipse interrogat interpositis fervidior et acrior est; quin etiam exclamatione usus est orator Demosthenis § 40: *ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ πάντες;* quae quidem omnia in ceteris orationibus e sunt. Sed de his jam satis. Videmus igitur in tractando genere dicendi cautionem esse adhibendam, ne nimium contendentes errore capiamur, primum quod inter eas ora de quibus dubitatio non est et ipsas discrimen intercedit, deinde quod ex mea quidem sen anceps videtur ex duabus orationibus vel una de aliarum conditione conjecturam f Quare valde dolendum est Antiphonteorum scriptorum tam pauca ad nos pervenisse, vix ejus oratoris accuratam imaginem cogitatione fingere possimus. Atque apud veter ejus orationes paullatim oblivione obrutae videntur esse, cum demum posteriorum temp ejus mentio fiat, ita ut rhetorum et criticorum quos arbitrio suo multum permisisse c judicii vix rationem quandam haberi oporteat.

Sed jam ad comparandam dicendi consuetudinem, quae quidem in omnibus ora bus ejus cernitur, transeamus, et quidem ea solum hac commentatione tractare in a nobis est, quae in universum maxime spectanda sunt; singulorum accuratiorem disceptati in aliud tempus differamus.

In primis viri doctissimi in eo offenderunt, quod in tetralogiis a scriptore pern voces et elocutiones usurpatae essent, quae ab Atticorum quotidiano usu dicendi abhorr Neque negari potest multas voces in eis reperiri quae magis poëtarum more sint. Sed ejusmodi elocutiones non modo in tetralogiis sed etiam in orationibus quii sexta, quippe quibus verum Antiphontis eloquentiae exemplum praeberi viri docti p ostendi possunt; et omnino totam hujus oratoris dicendi consuetudinem a commun aetatis verborum usu saepius recedere apparet, de qua re jam Dionysius Halicarnas disseruit (Conferenda quoque sunt Caecilii Calactini verba: *οἱ πάλαι ῥήτορες . . . . ἐσπο τὸ ὅλον περὶ τὴν λέξιν καὶ τὸν ταύτης κόσμον, πρῶτον μὲν ὅπως εἴη σημαντική τε καὶ εὐπρεπὶ ὀνόμασιν, εἶτα δὲ καὶ ἐναρμόνιος ἡ τούτων σύνθεσις· ἐν τούτῳ γὰρ αὐτοῖς καὶ τὴν πρὸς τοὺς ἰ διαφορὰν ἐπὶ τὸ κρεῖττον περιγίνεσθαι.* (Exstant haec verba apud Photium cod. 259 .p. 485 b. B Quam consuetudinem non eum modo esse secutum sed omnino ejus aetatis scriptores c nis pedestris ex Thucydidis libris discimus qui et ipse permultis et vocibus et elocuti inusitatis et poëticis usus est (cf. Dionys. Halic. de Thucyd. judic. cap. 24. p. 869. ed. *ἐπὶ μὲν τῆς ἐκλογῆς τῶν ὀνομάτων τὴν τροπικὴν καὶ γλωττηματικὴν καὶ ἀπηρχαιωμένην καὶ ξένη προελόμενος ἀντὶ τῆς κοινῆς καὶ ξυνήθους*). Quod autem in orationibus quinta et sexta quam in tetralogiis studium illud verbis et ab usu remotis et novis utendi cerni potest, intelligitur qua in re causa sit ponenda. Nam juvenem vel eum qui nondum ratione

plane imbutus sit sermonem affectatum magis sequi quam eum qui arti suae per totam vitam operam navaverit, mirum non est. Sed illud quoque respiciendum est, quod O. Muellerus monuit, ea aetate orationem pedestrem Atticorum ortam esse et inventam ut ita dicam, et cum lingua nondum ita exculta esset ut scriptores omnia quae vellent facile et commode et eleganter exprimere possent, nova vocabula in suum usum crearent et ex linguae legibus formarent necesse fuisse; cujus rei testimonium praebent formationes, quas Antiphon et Thucydides frequentaverunt, substantivorum in *σις, της, μα* exeuntium, quorum magnum apud Antiphontem, prope infinitum numerum apud Thucydidem exstare videmus.

Ut apponam ea quae in orationibus quinta et sexta magis in poëtarum morem dicta esse videantur aut certe a communi dicendi genere abhorreant, Antiphon dicit

VI, 4 *ἁγνεύει ἑαυτὸν*, quo loco verbum *ἁγνεύειν* idem significat quod vulgo *ἁγνίζειν;* eodem sensu usurpatum est verbum tetr. A *γ* 11: *ἁγνεύετε τὴν πόλιν.* —

V, 25. 89. VI, 6 legitur substantivum *αἰτίασις*, quod postea in rebus forensibus in usu fuisse videtur; nam in pandectis qui vocantur verbo „*αἰτίασις*“ principium litis et actionem contra aliquem interdum esse significatam comperimus. (Cf. Stephan. thesaur. — Pollux III, 38: *Ἀντιφῶν καὶ αἰτιάσεις εἴρηκεν.*) — Apud Antiphontem hoc substantivum nondum sub eo sensu usurpari quo postea in rebus forensibus occurrit e conexu ut ita dicere liceat sermonis apparet; respondet enim verbo *αἰτιάομαι* quod antecedit. Exstat verbum quoque apud Dionem Cassium; cf. 52, 26.

V, 19 usus est Antiphon activo genere verbi *ἀπελέγχω* et

V, 21 ejusdem verbi passivo *ἀπελέγχεσθαι* sub notione coarguendi sive convincendi; sic postea in Plutarchi Strabonis, Philonis, Josephi al. scriptis exstat adhibitum.

V, 91 legitur substantivum *βλάβος* quod minus frequentatur quam *βλάβη*. Cf. Plat. legg. 8 *τὸ βλάβος ἀποτινέτω.* Thomas Magister scripsit 154: *βλάβος ἐπὶ οὐδετέρῳ δοκιμώτερον ἢ βλάβη.* Moeris 103 *βλάβη κοινόν.*

V, 27 exstat verbum *ὀπτήρ*, quod magis poëtarum loquendi usum redolere videtur. Thom. Mag. 653. Lobeck. ad Phrynich. 90; — uno quoque loco Xenophonteo hoc vocabulum reperies: Cyropaed. IV, 5, 17. — Poëtae saepius eo usi sunt: Sophocl. Aj. 29. Aeschyl. Suppl. 186. Odyss. XIV, 261. XVII, 430.

V, 78 habes verbum *χωροφιλεῖν*, pro qua compositionis forma alii auctores *φιλοχωρεῖν* scribere solebant. Cf. Poll. IX, 13. — Dionys. de compos. verb. 3: *μετάσκευάζει τὰς λέξεις, ἵνα αὐτῷ γένοιτο ἁρμοσθεῖσαι καλλίους καὶ ἐπιτηδειότεραι.* —

Atque hoc poëtarum modum loquendi imitatur quod est V, 87: *ἀνάγκη δὲ τῆς δίκης νικᾶσθαι παρὰ τὸ ἀληθές;* nam *νικᾶσθαί τινος* „vinci ab aliquo, cedere alicui“ etsi genitivi cum *νικᾶσθαι* verbo conjunctio propter comparativam notionem quae verbo subest optime se habet, in oratione pedestri non reperitur; equidem exempla solum ex poëtarum scriptis in medium proferre possum: Eurip. Tro. 23: *νικῶμαι γὰρ Ἀργείας θεοῦ Ἥρας Ἀθάνας τε.* — Eur. Med. 315: *χρεισσόνων νικώμενοι;* cum genitivo rei: Aeschyl. Suppl. 1005: *ἱμέρου νικώμενος.* At Thucydides scripsit I, 76: *ὑπὸ τῶν μεγίστων νικηθέντες.* — II, 51: *ὑπὸ τοῦ πολλοῦ κακοῦ νικώμενος.* — Cf. quoque Eurip. Iphig. Aul. 1357. Heracl. 233. Cycl. 454. Sophocl. Aj. 330. 1353. De tota quaestione cf. Dissenii verba ad Pind. Nem. IX, 2. —

